



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1748. usque ad
Annum 1752 - Cum Supplemento ad Ann. 1742. 1745. 1746. & 1748

Luxemburgi, 1754

LXI. De Bonis Ecclesiarum, quæ semel ab Infidelibus occupata, deinde in
Christianorum potestatem devenerunt. 19. Martii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74772)

confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus: Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis prædicto Tertio Ordini S. Francisci de Paula, & Personis ei adscriptis in contrarium præmissorum forsitan concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, specialiter & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides præstanda transumptis.

§. 14. Volumus autem, ut præsentium Transumptis, etiam impressis, ac pro tempore existentis Procuratoris Generalis seu Zelosi dicti Ordinis, vel alicujus Notarii publici manu subscriptis, & alicujus Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel pro tempore etiam existentis Correctoris Generalis ejusdem Ordinis sigillo munitis, eadem fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis haberetur, si forent ostensæ.

§. 15. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis, impertitionis, indulti, relaxationis, revocationis, abolitionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quinquagesimo secundo, tertio Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

D. Card. Passioneus,

J. Datarius.

VISA DE CURIA

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✕ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium

LXI.

De Bonis Ecclesiarum, quæ semel ab Infidelibus occupata, deinde in Christianorum potestatem devenerunt.

Epistola ad R. P. Nicolaum Lercari Sac. Congregationis de Propaganda Fide Secretarium conscripta, occasione Postulatorum a R. P. Archiepiscopo Antibarensi eidem Congregationi propositorum.

Sopra i Beni delle Chiese, occupati già dagli Infedeli, e poi venuti in potere de' Cristiani.

Lettera scritta da N. S. a Monsig. Niccolò Lercari Segretario della Congregazione di Propaganda Fide, a motivo d'alcuni Questi proposti da Monsignor Arcivescovo d'Antivari alla stessa Congregazione.

LXI.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Antibarenis Civitatis constitutio, & status civilis & Ecclesiasticus.

URBEM Antibarum, italicè Antivari, eo nomine appellatam, propterea quod in ora illius regionis, quæ nunc Albania dicitur, contra Barium Apuliæ civitatem constituta sit, jamdudum, ut nosse, Othomanicæ Dominationis jugum premit, ab anno scilicet 1571. ut testatur Reipublicæ Venetæ Senator Jacobus Diedo in nitida, quam nuper edidit, Historia ejusdem Reipublicæ tom. 2. lib. 7. pag. 261. Neque Venetis datum est, illius possessionem recuperare, magno licet virtutis conatu, tum anno 1648., tum etiam anno 1717. in id incubuerint, ut idem Historicus prosequitur. De hac Urbe P. Daniel Farlatus tom. 1. Myrici Sacri, in Prolegomenis part. 2. cap. 5. §. 3. pag. 150. ita scribit: Antibarium Urbs prisca ignota, quod seculis posterioribus condita fuit, e regione Barii civitatis Apuliæ, a qua denominata est, quasi contra Barium; idemque Auctor subdit, Dioclea urbe in ruinis jacente Archiepiscopalem illius titulum translatum fuisse Antibarum; & nomina Episcoporum suffraganeorum, qui novo Archiepiscopo assignati fuerunt, descripta legi in Bulla Alexandri Papæ II.; Ut autem Sedes Archiepiscopalis in præfata civitate collocaretur, occasionem desumptam fuisse ex infortunio, quod accidit quatuor Episcopis, Antibarensi, Cattarense, Olchinesi, & Suacensi, qui dum Spalattrum petebant, ut Provinciali Concilio interessent, naufragio perierunt; ut videre est in laudatis Prolegomenis part. 3. sect. 2. §. 5. pag. 308.

Dubia ab Archiepiscopo proposita.

§. 2. Venerabilis Frater hodiernus Archiepiscopus Antibarensis, pastoralis zeli laude

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

LA Città d'Antivari, che in latino dicefi Antibarum, per esser situata di rimpetto alla Città di Bari, Città della Puglia, si ritrovava, come bene Ella fa, da molto tempo in qua, cioè dal 1571. sotto il giogo della Potenza Ottomana, come espone il moderno Senatore Giacomo Diedo nella sua bella Storia della Repubblica di Venezia al tom. 2. lib. 7. pag. 261., non essendo riuscito ai Veneziani nel 1648. e nemmeno nel 1717. di poterla ricuperare, ancorchè con molto valore ne tentassero l'impresa, come profegue lo stesso Storico. Il Padre Daniele Farlato nel tom. 1. del suo Ilirico Sacro nei Prolegomeni part. 2. cap. 5. §. 3. pag. 150. così scrive: Antibarium Urbs prisca ignota, quod seculis posterioribus condita fuit e regione Barii Civitatis Apuliæ, a qua denominata est, quasi contra Barium; e lo stesso Autore aggiugne, essere stato trasferito da Dioclea, Città rovinata, ad Antivari il titolo Arcivescovile, e leggerfi ancora in una Bolla d'Alessandro II. i Vescovi suffraganei assegnati al nuovo Arcivescovo; essendosi presa la congiuntura di piantare nella detta Città la Sede Arcivescovile, per la disgrazia seguita ai quattro Vescovi Antibarense, Cattarense, Olchinese, e Suacense, che naufragarono nel mare, nel mentre che andavano a Spalatro, per assistere ad un Concilio Provinciale; come può vederfi nella terza parte de' citati Prolegomeni sect. 2. §. 5. pag. 308.

Della situazione della Città di Antivari, e suo stato civile ed Ecclesiastico.

§. 2. Il Prelato odierno Arcivescovo è un Ecclesiastico di molto zelo; ed avendo fatta

Dubbi mossi dall'Arcivescovo.

magno-

la

De bonis Ecclesiarum, quæ Christiani de manibus Infidelium acquiriverunt. De iis, quæ Christiani ipsi occupaverunt.

Congregationis de Propaganda Fide sententia & constitutum.

magnopere commendandus, quum Diocesim suam visitasset, & acta Visitationis ad Congregationem de Propaganda Fide misisset, super duobus sequentibus capitibus opportunum sibi lumen ab eadem præberi, & adjuncta præstari postulavit. In primo capite exponit, Turcas Albania potitos, magnam partem bonorum ad Ecclesias pertinentium occupasse, quorum nonnulla deinde Christianis fidelibus dividenda, alia vero eisdem ad colendum tradita fuerunt. In secundo autem refert, nonnullos ex Christianis, domos habentes proximas Ecclesiis everfis, & prædia prædiis Ecclesiarum contigua, areas & terras ad easdem Ecclesias olim pertinentes usurpasse. Quarit propterea quomodo in his se gerere debeat; & an huiusmodi malis remedium ullum, & quodnam sit adhibendum; declarans se lumine sibi usurpatorum, ut opportunis documentis instruat Confessarios, qui ea vehementer exoptant; quum aliqui sint ex huiusmodi possessoribus, qui nihil pensi habeant, alii verò propria conscientia stimulos cohibere cupiant, atque a censuris absolvi, quas contra detinentes Ecclesiarum bona statutas & latas esse non ignorant. Addit præterea Archiepiscopus, hoc idem, quod in præfata visitatione peragenda, in sua Diocesi evenire comperit, in aliis quoque Albania Diocessibus contingere; itaut, manibus magno operi admotis, tumultus, atque discordias suscitatum iri valde pertimescat.

§. 3. Utroque capite huiusmodi in Congregatione de Propaganda Fide mature discussio, existimavit ipsa, debere Archiepiscopum, accitis ad se Missionariis, Parochis, & Confessariis, eisdem injungere, ut poenitentibus demonstrant, non posse eos sine propria conscientia damnare detinere bona, quæ olim ad Ecclesias pertinentia, deinde a Turcis occupata, in eorum manus devenerunt, sive ea a Turcis ipsis emerint, sive tamquam derelicta sibi usurpaverint; ideoque necessarium omnino esse, ut aliquem legitimum titulum habeant, quo se in eorum bonorum possessione conservare possint; totamque difficultatem in novo huiusmodi legitimo titulo adveniendi versari. Quamobrem ipsa Congregatio proposuit, ut possessores Archiepiscopum adire debeant, eique distinctam exhibere indicationem quantitatis, qualitatisque bonorum, quæ ex antiquo Ecclesiarum censu ad eos ita pervenerunt. Ipsius autem Archiepiscopi æquitati & prudentia permittendum, ut & Ecclesiarum utilitati, quantum fas est, providere, & possessoribus novum legitimum titulum procurare studeat, eos admittendo ad novos contractus, puta, emphyteuticos, tenuissimis etiam canonibus impositis, juxta facultates, quæ a Nobis præfato Archiepiscopo concedi poterant. Concluse denique, hac facilitate dumtaxat erga illos agendum, qui invitati ad præmissa præstanda accesserint, contumacibus in propria perditione derelictis. Quum verò hac omnia a te, Dilecte Fili, juxta tui ministerii debitum, Nobis diligenter relatâ fuerint, & pro opportuna facultatum concessione supplicatum; Nos verò ad rem accuratè inspicendam & perpendendam, nonnihil temporis sumpsimus; nunc tandem decrevimus sententiam nostram hac super re, quæ magni momenti effectus parere potest, in scriptis redigere.

Pont. rem examinat. & in hac epistola præfata standam suscipit.

Acquirendorum dominiorum ritibus ex bello iusto.

§. 4. Sanè a nemine in dubium revocatur, quidquid in bello iusto capitur, quod ad hostem pertinebat, in victoris dominium transire; mobilia scilicet in illius potestatem, qui primus ea occupaverit, immobilia verò in dominium supremi Principis, qui bellum intulit, ut sibi pro ipsius belli expensis satisfaciat, aliquando etiam, ut majores ad defensionem vires su-

la Visita della sua Diocesi, ed avendone trafmessi gli Atti alla Congregazione di Propaganda, ha chiesto i lumi opportuni, e gli ajuti sopra i due seguenti punti. Nel primo espone, che, impadronitisi i Turchi dell' Albania, occuparono gran parte de' beni appartenenti alle Chiese, e che alcuni di questi furono di poi venduti ai Cristiani, ed altri dati pure a lavorare a' Cristiani. Nel secondo rappresenta, che avendo alcuni Cristiani le loro case vicine alle Chiese rovinate, e godendo i beni contigui a quelli delle dette Chiese, hanno occupati i terreni, che ad esse appartenevano: Cercando, come debba contenersi, e se, e qual rimedio possa applicarsi, per riparare i detti disordini; volendo prevalersi de' lumi, che a lui saranno somministrati, per dare le opportune istruzioni ai Confessori, che ne sono ansiosi, essendovi alcuni, che possiedono, e a null' altro pensano; ed essendovi altri, che vorrebbero quietare le loro coscienze, ed essere prosciolti dalle censure fulminate contra quelli, che ritengono i beni delle Chiese: Nè lascia l'Arcivescovo d'aggiungere nella predetta sua Visita, che quanto succede nella sua Diocesi, succede ancora nell' altre dell' Albania; e che pur troppo, mettendosi mano alla grand' opera, teme di tumulti, e di discordie.

§. 3. Esaminatosi l'uno e l'altro punto nella Congregazione di Propaganda, ha essa creduto dovere l'Arcivescovo chiamare a se i Missionarij, i Parochi, ed i Confessori, ingiugnendo loro di far comprendere ai penitenti, che senza aggravio delle loro coscienze non possono ritenere i beni, che anticamente appartenevano alle Chiese, e che poi, essendo stati occupati da' Turchi, sono passati nelle loro mani, o per averli comprati dagli stessi Turchi, o pure per averli usurpati, come derelitti; ed essere perciò necessario, che abbiano un titolo legitimo di continuare nel possesso; e che la difficoltà consisteva nel nuovo titolo legitimo poc' anzi accennato: Onde la stessa Congreg. ha suggerito doverli i Possessori presentare all'Arcivescovo colla distinta nota della quantità, e qualità de' beni, che hanno le dette provenienze, lasciando poi alla sua equità e prudenza il procurare non meno il vantaggio possibile per le Chiese, che il nuovo legitimo titolo per i possessori; ammettendoli a nuovi contratti, per esempio enfiteusi, anche con tenuissimi Canoni, a tenore delle facultà, che da Noi al detto Arcivescovo potevanli concedere; concludendo, che questa benignità dovesse aver luogo per quelli, che invitati, fossero compariti, lasciando i contumaci abbandonati nella loro perditione. Ed avendoci Ella, secondo l'obbligo del suo ministero, fatta relazione esattamente del tutto, pregandoci delle opportune facultà; ed avendo Noi preso tempo per vedere, ed esaminare la materia, ci siamo finalmente risoluti d' esporre in carta i nostri pensieri, in una materia, che può portar seco conseguenze di gran rilievo.

De' beni delle Chiese acquistati da' Cristiani dalle mani degl' Infedeli.

Di quelli, che i Cristiani medesimi hanno occupati.

Parete e suggerimento della Sac. Congregazione di Propaganda Fide.

N. S. esamina la materia, e prende a trattarla nella presente Lettera.

Nella guerra giusta, i beni dell' inimico passano in dominio del Vincitore.

Non item ex bello injusto.

mat, ac se a futuris eventibus tucatur. Sylvius in 2. 2. quest. 40. art. 1. quest. 6. conclus. 6. & conclus. 7. Covarruvias in 2. part. Relect. Regul. Possessor mala fidei §. II. sub num. 6. Similiter extra controversiam est, in bello injusto, totum id, quod capitur, restituendum; quum occupatio hujusmodi nihil aliud sit, quam formalis rapina. Ita docet S. Thomas 2. 2. quest. 66. art. 8. ad primum: en ejus verba: Circa quadam distinguendum est: quia si illi, qui depraedantur hostes, habeant bellum justum, ea, que per violentiam in bello acquirunt, eorum efficiuntur; & hoc non habet rationem rapine; unde nec ad restitutionem tenentur &c. Si vero illi, qui predam accipiunt, habeant bellum injustum, rapinam committunt, & ad restitutionem tenentur. Illustria sunt exempla veterum Romanorum, qui quum injustitiam belli suscepti agnoverunt, quicquid abstulerant, promptè restituerunt, ac detrimenta, quæcumque victis & debellatis populis præliando intulerant, summa fide repararunt. Hæc in Livii Historiis occurrunt; ac duo hujusmodi exempla a Valerio Maximo referuntur, alterum, quod pertinet ad Faliscos a Quinto Lutatio domitos, alterum ad Camarinos a Publio Claudio devictos, atque per varias Orbis plagas dispersos. Cum Publius Claudius Camarinos ductu atque auspiciis suis captos animadvertebat; tamen quia parum liquida fide id gestum ab Imperatore videbatur; (Senatus) maxima cura conquestos redemit, iisque habitandi gratia locum in Aventino assignavit, & prædia restituit &c. justitiamque promptissimo tenore effecit, ut exitio suo latari possent, quia sic renati erant.

Christiani a Turcis injusto bello subacti, jus suum, licet inexercibile, retinuerunt supra bona sibi erepta, adversus in-valores.

Quæritur an hujusmodi jus persequi possint Ecclesie adversus Christianos, qui earum bona, a Turcis occupata, acquisiverunt.

Privilegia Ecclesiarum, Peregrinorum, Colonorum, & Mercatorum in bellis.

Canonica-rum Legum vigor in foro conscientie.

Præmissa auctoritatibus confirmantur.

§. 5. Hinc patet, quum bellum, quo Turcæ Antibarum occuparunt, omni procul dubio fuerit injustum, quicquid ea occasione ab ipsis captum & occupatum fuit, sive mobile sive immobile fuerit, id eos injustè usurpasse, veramque in eo rapinam commisisse; quare omnino justitiæ ratio postulet, ut ab ipsis cuncta restituerentur Christianis, quos fortunis suis injustè spoliarunt, vel, illis vita functis, eorum hæredibus & successoribus. Sed hoc non est præsentis questionis subiectum; & si esset, frustra de eo ageretur, quod in perditis & desperatis rebus habendum est. Questionis cardo vertitur circa bona, quæ Turcæ Christianis vendiderunt, & nunc ab emptoribus detinentur; quariturque utrum, qui ea emerint, quique emptorum hæredes aut legitimi successores sunt, tuta conscientia retinere illa possint, an verò eadem legitimis dominis restituere teneantur; idque eò magis, quòd agitur de bonis ad Ecclesias & Monasteria pertinentibus, quorum injusta detentio censurarum poena mulctatur; quòdque, quum Ecclesiastici, non sicut ac Peregrini, in bellis, minimè sint partes Reipublicæ nocentes, efflagitat ipsa ratio, ut nec illorum, nec istorum personæ lædantur, neque bonis suis exturbentur, ut legitur in Decretali: *Innovamus, de Treuga & Pace*; ubi, necessitatis publicæ causa, hoc ipsum Privilegium ad mercatores etiam & agricolas extenditur, ut optimè ad citatum Textum perpendiculariter Repetentes. Quamquam autem id sæpe sæpius re ipsa non observetur: *Quos Canones rationabiles ac sanctos, quantum ad id, quod possessivi juris pertinet, an abusus deleverit, nescio*: verba sunt Cardinalis Cajetani in ejus Summa, verbo: *Belli damnæ §. 4. de damnis*; illud tamen non obstat, quominus prædictorum Canonum ratio habenda sit, quoties de animarum directione in foro conscientie agatur.

§. 6. De Peregrinis, Clericis, & Ecclesiis, ad sensum laudatæ Decretalis, loquitur Sylvius loco citato conclus. 5. *Spoliare peregrinos & hospites, qui sunt in urbe hostili, non licet, nisi*

contra i futuri event; Sylvio in 2. 2. quest. 40. art. 1. quest. 6. conclus. 6. & conclus. 7., Covarruvias in 2. part. Relect. Regul. Possessor mala fidei §. II. sub num. 6. Ed è anche principio non controverso da veruno, che nella guerra ingiusta quanto si prende, tanto si dee restituire; riducendosi il prelo ad una formale rapina, Così insegna S. Tommaso nella 2. 2. quest. 66. art. 8. Ad primum; ed ecco le sue parole: Circa quadam distinguendum est: quia si illi, qui depraedantur hostes, habeant bellum justum, ea, que per violentiam in bello acquirunt, eorum efficiuntur, & hoc non habet rationem rapine: unde nec ad restitutionem tenentur &c. Si vero illi, qui predam accipiunt, habeant bellum injustum; rapinam committunt, & ad restitutionem tenentur. Illustri sono gli esempi degli antichi Romani, che, avendo conosciuta per ingiusta la guerra, che avevano intrapresa, restituirono prontamente, quanto avevano occupato, rifacendo con ogni puntualità i danni, che, guerreggiando, avevano dati ai popoli vinti e superati da essi. Si leggono questi esempi nelle Storie di Livio, e due ne sono in Valerio Massimo al lib. 6. cap. 5. uno rispetto ai Falisci debellati da Quinto Lutazio, e l'altro rispetto ai Camarini soggiogati da Publio Claudio, e dispersi in varie parti del Mondo: *Cum Publius Claudius Camarinos ductu atque auspiciis suis captos animadvertebat, tamen quia parum liquida fide id gestum ab Imperatore videbatur, il Senato, maximà curâ conquestos redemit, iisque habitandi gratiâ locum in Aventino assignavit, & prædia restituit &c. justitiæque promptissimo tenore effecit, ut exitio suo latari possent, quia sic renati erant.*

§. 5. Prova questo discorso, che, essendo stata, come indubitabilmente lo fu, ingiusta la guerra, nella quale i Turchi occuparono Antivari, quanto in quella occasione fu da essi prelo ed occupato, o mobile o stabile, fu occupato con ingiustizia, fu rapina, e che però ogni giustizia richiederebbe, che da essi se ne facesse la restituzione ai Christiani spogliati de' loro averi, o, essendo morti gli spogliati, ai loro successori, ed eredi. Ma questo non è il caso nostro; e, quando lo fosse, farebbe un caso disperato. Il caso è de' beni, che i Turchi hanno venduti ai Cristiani, e che sono nelle mani de' compratori; e cercafi, se chi gli ha comprati, e chi è o erede, o legitimo successore de' compratori, li possa ritenere in buona coscienza, o pure sia obbligato a restituirli ai legittimi padroni; tanto più, che si tratta di beni appartenenti alle Chiese, e Monasteri, l'ingiusta ritenzione de' quali è punita colle Censure: e che non essendo gli Ecclesiastici nelle guerre parte della Republica, che nuoce, siccome nemmeno lo sono i pellegrini, la ragione richiede, che nè questi nè quelli siano offesi nelle loro persone, o pure spogliati de' loro beni, come si legge nella Decretale *Innovamus, de Treuga & Pace*: ove lo stesso privilegio si estende ancora ai mercanti, ed agricoltori, pel motivo della pubblica necessità, come ben riflettono i Repetenti sopra il detto Testo. E quantunque ciò pur troppo non sia praticato: *Quos Canones rationabiles ac sanctos, quantum ad id, quod possessivi juris pertinet, an abusus deleverit, nescio*: sono parole del Cardinale Gaetano nella sua Summa, alla parola: *Belli damnæ §. 4. de damnis*; ciò però non toglie, che delle sopraddette canoniche disposizioni non debba farsi il meritato conto, quando si tratta di regolare le coscienze.

§. 6. De' Pellegrini, ed Ecclesiastici, e Chiese, coerentemente alla citata Decretale, discorre il Silvio nel luogo cit. alla conclus. 5. *Spoliare peregrinos & hospites, qui sunt in*

Non così nella guerra ingiusta.

I Cristiani non hanno perduto il loro jus sopra i beni occupati loro da Turchi, benchè non possano di fatto ripetere.

La questione è, se le Chiese possano ripetere i beni perduti, dalle mani de' Cristiani, che gli hanno acquistati dopo l'invasione de' Turchi. Alle Chiese, a' Pellegrini, agli agricoltori, e Mercatori, si ammonono i Privilegi particolari in tempo di guerra.

Le Leggi Canoniche hanno sempre il loro vigore nel foro della Coscienza.

Si apporano autorità in conferma delle missioni nocenti Rabilitate.

constet

Urbe

constet de ipsorum culpa, quia non sunt pars Reipublica adversa: neque etiam licet spoliare Ecclesias, Monasteria, vel Ecclesiasticos, etiamsi ex causa rationabili data sit civitas præda militum, quum neque ipsi verè sint pars populi hostilis.

§. 7. De extensione autem hujusmodi juris ad mercatores & agricolas, agit Laymann. in *Commentariis ad eandem Decretalem*, ubi, postquam illud statuit, quod Clerici & peregrini, membra non sunt Reipublica nocentis, ideoque in bellis etiam, quæ jure inferuntur, nec in persona, nec in rebus damnum pati aliquod debent, hæc addit: *Quadam verò persona non sunt pars Reipublica nocentis, ut mercatores & agricola; & his parcendum est propter publicam necessitatem, ne commerciis & agricultura impediatis, majus incommodum afferatur.*

§. 8. Denique, quod licet Canonica leges in praxi negligantur, earum tamen ratio necessariò habenda sit, ad animas conscientiasque tuto dirigendas, rectè sapienterque suo more differit Covarruvias in 2. parte *Relect. Regul. Possessor male fidei* §. 11. sub num. 8. §. *At hæc leges.*

§. 9. Questionis statu sic constituto, ideoque ad intimam illius discussionem descendentes, necessarium ducimus in hac nostra Epistola inferere duo Decreta anni 1630. jam typis edita in *Operibus Peyriani tom. 3. Privileg. in addit. cap. 4. num. 30. & 31.* & Auctoribus cæteroquin, qui postea scripserunt, probè cognita, ut ex infra dicendis apparebit, licet fortasse accuratam totius rei notitiam non haberint. Nam ea omnia tanquam Decreta Congregationis supremæ Inquisitionis, & quidem a Pontifice Urbano VIII. approbata & confirmata, ediderunt. Verumtamen constat, Dubia, super quibus Decreta emanarunt, a P. Francisco Longobardo Ordinis Minimorum Tuneti Missionario transmissa fuisse ad Congregationem de Propaganda Fide, quæ quum a suis Theologis diligenter ea examinari fecisset, consilium cepit eadem ad Congregationem Sancti Officii remittere. Hæc autem insignium suorum Theologorum ope, quorum nomina in ipsius Tribunalis Actis recensentur, in novum illa deduxit examen. Quindecim porro fuerunt Dubia a Patre Longobardo transmissa; atque ad ea omnia tum Theologi Congregationis de Propaganda Fide, tum Consultores supremæ Inquisitionis sua responsa ediderunt. Verum ex iisdem Dubiis aliqua relata fuerunt in Congregationibus habitis coram Pontifice Urbano VIII., ad quæ Pontificum adhuc existat responsum: Reliqua verò compertum minime est, an coram Pontifice proposita fuerint. Inter hæc autem quintum illud & sextum numerantur, quæ nimirum præsentem respiciunt controversiam: itaut error facti sit, id quod Auctores asserunt, responsa scilicet ad quintum & sextum Dubium Oraculo Pontificio confirmata fuisse; quum nihil aliud revera sint, quam responsa Theologorum Congregationis de Propaganda Fide, & Consultorum S. Officii, quæ tamen suo robore non carent, quum a doctis Viris, & Sacræ Theologiæ, Jurisque Canonici peritissimis emanaverint.

§. 10. Proposuit igitur Pater Franciscus Longobardus sequentem questionem ordine quintam: *Utrum Christiani liberi, qui hic (idest Tuneti) negotiandi gratia commorantur, & alii captivi, ementes a Pyraetis infidelibus bona a fidelibus rapta, & in hac Urbe venum exposita, vel dono ea recipientes, ut hic ad proprios usus utantur, vel ad terras Christianorum lucri gratia transmittant, peccent mortaliter, & teneantur ad restitutionem.*

Urbe hostili, non licet, nisi constet de ipsorum culpa, quia non sunt pars Reipublica adversa: neque etiam licet spoliare Ecclesias, Monasteria, vel Ecclesiasticos, etiamsi ex causa rationabili data sit Civitas præda militum, cum neque ipsi verè sint pars populi hostilis.

§. 7. Dell' estensione ai mercanti ed agricoltori ragiona il Laymann ne' *Commenti alla stessa Decretale*, ove, dopo aver detto, che le persone Ecclesiastiche, ed i pellegrini non sono membri della repubblica nocente, e che però non debbono ricevere nelle guerre offensive, anche quando fossero giuste, verun danno nelle persone, o nelle robbe, aggiugne: *Quadam verò persona non sunt pars reipublica nocentis, ut mercatores & agricola; & his parcendum est propter publicam necessitatem, ne commerciis & agricultura impediatis, majus incommodum afferatur.*

§. 8. E finalmente della necessaria avvertenza a queste canoniche disposizioni, ancorchè forse in pratica siano concolcate, ad effetto di ben dirigere le anime, e le coscienze, discorre secondo il suo solito molto saviamente il Covarruvias nella 2. parte *Relect. Regul. Possessor male fidei* §. 11. sub num. 8. §. *At hæc leges.*

§. 9. Fissato lo stato della questione, e però entrando nelle viscere della medesima, non possiamo elemtarci dall' inferire in questa nostra Lettera due Decreti del 1630. stampati nell' opere del Peirino tom. 3: *Privileg. in addit. cap. 4. num. 30. & 31.*, e per altro molto ben cogniti agli Autori, che hanno scritto dopo di lui, come vedrassi in appresso, benchè forse non ne abbiano avuta un' esatta notizia; dandoli tutti quanti per Decreti fatti dalla Congregazione della Suprema Inquisizione, e come confermati, ed approvati dal Pontefice Urbano VIII., quando la verità del fatto si è, che i Dubbj, sopra de' quali furono fatti i Decreti, furono trasmessi dal Padre Francesco Longobardi dell' Ordine de' Minimi; Missionario in Tunisi, alla Congreg. di Propaganda Fide, che, dopo averli fatti diligentemente esaminare da' suoi Teologi, credere ben fatto di trasmetterli alla Congregazione del Sant' Offizio, che in un nuovo esame si prevalse dell' opera de' suoi insigni Consultori, i nomi de' quali sono registrati nell' Archivio del Tribunale. Quindici furono i Dubbj, che furono trasmessi dal Padre Longobardi. Sopra tutti quindici risposero i Teologi di Propaganda, ed i Consultori della Suprema. Alcuni di essi furono portati nelle Congregazioni tenute alla presenza del Pontefice Urbano VIII., e sopra vi è la risposta Pontificia. Altri poi non si ritrova, che fossero proposti avanti il Papa, e fra questi si annoverano il quinto; ed il sesto, che sono per appunto quelli, che risguardano la presente controversia; in tal maniera che è un equivoco di fatto ciò, che gli Autori espongono, che le risposte sopra il quinto, ed il sesto, siano risposte avalorate coll' Oracolo Pontificio: non essendo in sostanza altro, che risposte date dai Teologi di Propaganda, e dai Consultori del Sant' Offizio, risposte, che per altro non mancano d' avere il suo peso, essendo state concepite da Uomini dotti, e periti nella Sacra Teologia, e Diritto Canonico.

§. 10. Fece dunque il Padre Francesco Longobardi il seguente Quesito, che è il quinto: *Utrum Christiani liberi, qui hic (cioè in Tunisi) negotiandi gratia commorantur, & alii captivi, ementes a Pyraetis infidelibus bona a fidelibus rapta, & in hac Urbe venum exposita, vel dono ea recipientes, ut hic ad proprios usus utantur, vel ad terras Christianorum lucri gratia transmittant, peccent mortaliter, & teneantur ad restitutionem.*

Quale autorità abbiano certi Decreti del 1630. emanati sopra alcuni Dubbj trasmessi dal P. Longobardi Missionario di Tunisi.

Dubbio quinto fra quelli mandati dal P. Longobardi.

Decreta super Dubiis a P. Longobardo Tuneti Missionario transmissis an. 1630. quam auctoritatem habebant.

Dubbium quintum a P. Longobardo Propositum.

1752. Responsum Theologorum Congregationis de Propaganda Fide.

§. 11. Responso Theologorum de Propaganda Fide fuit sequens: Patres deputati existimarunt, bona Christianorum a Pyratibus rapta, posse Fideles absque noxa mortali & onere restitutionis, emptione, venditione, aut alio quocumque legitimo titulo sibi accipere, ac in proprios usus convertere, non obstante, quod sint in bello injusto rapta.

§. 11. E la risposta de' Teologi di Propaganda fu la seguente: Patres deputati existimarunt, bona Christianorum a Pyratibus rapta, posse fideles absque noxa mortali, & onere restitutionis, emptione, venditione, aut alio quocumque legitimo titulo sibi accipere, ac in proprios usus convertere, non obstante, quod sint in bello injusto rapta.

Dubium sextum.

§. 12. Sequitur sextus casus a Patre Longobardo propositus: Utrum antedicti, praesertim Mercatores liberi, non solum peccent ratione rei male acceptae, sed injusta acceptionis, tanquam rapientium receptatores, & consequenter teneantur in solidum ad restitutionem, non solum mercium emptarum, sed omnium praeterea damnorum Christianis illatorum. Ratio dubii est, quia, ut quidam asserunt, Pyratae inter depraedandum, aliqua rapiunt spe vendendi dictis captivis vel liberis Christianis, quae, hac spe sublata, non raperent, ut Infidelibus non necessaria, neque utilia. Hoc autem non semper accidit in rebus magni pretii, & ipsi Mercatores liberi principaliter hic morantur, ut emanet merces loci; & praeterea eorum Incolatus multum videtur conferre ad miserorum captivorum redemptiones secretius, facilius, & vilis faciendas, praeter quotidianas elemosynas, quibus non solum sublevent necessitates captivorum, sed etiam suppeditant ex magna parte Oratoriis, & Ministris Divini Cultus.

§. 12. Il sesto caso proposto dal Padre Longobardi fu il seguente: Utrum antedicti, praesertim Mercatores liberi, non solum peccent ratione rei male acceptae, sed injusta acceptionis, tanquam rapientium receptatores, & consequenter teneantur in solidum ad restitutionem, non solum mercium emptarum, sed omnium praeterea damnorum Christianis illatorum. Ratio dubii est, quia, ut quidam asserunt, Pyratae inter depraedandum, aliqua rapiunt spe vendendi dictis captivis vel liberis Christianis, quae, hac spe sublata, non raperent, ut Infidelibus non necessaria, neque utilia. Hoc autem non semper accidit in rebus magni pretii, & ipsi Mercatores liberi principaliter hic morantur, ut emanet merces loci; & praeterea eorum Incolatus multum videtur conferre ad miserorum captivorum redemptiones secretius, facilius, & vilis faciendas, praeter quotidianas elemosynas, quibus non solum sublevent necessitates captivorum, sed etiam suppeditant ex magna parte Oratoriis, & Ministris Divini Cultus.

Responsum.

§. 13. Theologi de Propaganda Fide ita responderunt: A Patribus deputatis concordati voto decisum est, fidelium neminem Turci commorantium teneri ad restitutionem bonorum raptorum per Pyratas Christianis, neque incurere noxam peccati mortalis; etiamsi Pyratae bona illa subripiant spe lucri ex futura venditione eisdem Fidelibus facienda, aliis non furaturi: licet peccare possint ex complacentia super furto rerum per Pyratas Christianis sublatarum.

§. 13. E la risposta di Propaganda fu la seguente: A Patribus deputatis concordati voto decisum est, fidelium neminem Turci commorantium teneri ad restitutionem bonorum raptorum per Pyratas Christianis, neque incurere noxam peccati mortalis; etiamsi Pyratae bona illa subripiant spe lucri ex futura venditione eisdem Fidelibus facienda, aliis non furaturi: licet peccare possint ex complacentia super furto rerum per Pyratas Christianis sublatarum.

Praemissa Responso probantur Consultoribus S. Officii.

§. 14. A Theologis de Propaganda Fide, ad Consultores Sancti Officii translatum fuit Dubiorum examen; & hi quidem sententiam illorum approbaverunt & confirmaverunt: Nonnulli tamen addiderunt, ad hoc ut emptores Christiani ab omni peccati nota immunes essent, necessarium fore, ut animum paratum haberent ad restitutionem emptarum rerum, si unquam verus earum Dominus compareret, easque redimere vellet, soluto pretio, quod emptor Turcis in emptione numeravit. Aliqui tamen Qualificatores dixerunt, requiri animum restitutionis, accepto pretio dato, si dominus rerum occurrerit. Neque hoc ad pacandas conscientias inopportunum, aut a ratione alienum est. Molina in Opere de Justitia & Jure tom. 1. tract. 2. disput. 118. num. 15. ita scribit: Ad pacandas tamen conscientias illud est addendum, quando verisimile est, illas, idest merces, quas Christiani homines a Turcis aut Saracenis emerint, qui eas per vim occupaverant, deventuras nunquam esse in potestatem suorum dominorum, ut ordinariè eveniet, licitum esse eas emere vili etiam pretio, eo animo, ut si proprius dominus comparerit, illas accipiat pro eodem pretio, sin minus emptor illas sibi retineat. Quoniam verisimile est, eam esse praesumptam dominorum voluntatem; & quoniam quodammodo essent irrationabiliter inviri, nisi id ita vellent. Atque ita respondi aliquibus Christianis captivis, qui in Africa emerunt vili pretio a Mauris aliqua de spoliis Lusitanorum, quando Rex Sebastianus occubuit. Atque haec sententia communis dici potest; cui reliqui omnino suffragantur: Coninch disput. 31. de bello dub. 7. num. 126. Reginald. tom. 2. lib. 21. cap. 8. sect. 4. num. 117. Decastillo lib. 2. tract. 1. disput. 10. num. 429. Tanner tom. 3. disput. 2. quest. 6. num. 76. & 77. Fragos. de regim. Christiana Reip. tom. 3. part. 1. lib. 3. disput. 5. num. 16. Castro

§. 14. Passato l'esame dai Teologi di Propaganda a quello de' Consultori del Sant'Officio, il sentimento di quelli fu approvato e confermato da questi, fra' quali però alcuni aggiunsero, che ad effetto che i Compratori Christiani fossero esenti dal peccato, era d'uopo, che avessero l'animo di restituire la roba comprata, se mai fosse comparso il vero padrone, che la rivollesse, offrendo al compratore il prezzo da esso pagato, quando la comprò dai Turchi: Aliqui tamen Qualificatores dixerunt, requiri animum restitutionis, accepto pretio dato, si dominus rerum occurrerit. Ne quest' aggiunta è fuor di proposito, o irragionevole, per levare gli scrupoli alle coscienze; scrivendo il Molina nella sua Opera de Justitia & Jure al tom. 1. trat. 2. disput. 118. num. 15. come in appresso: Ad pacandas tamen conscientias illud est addendum, quando verisimile esset, illas, cioè le merci comprate dai Christiani, che erano state rapite dai Turchi o dai Saraceni, deventuras nunquam esse in potestatem suorum dominorum, ut ordinariè eveniet, licitum esse eas emere vili etiam pretio, eo animo, ut, si proprius dominus comparerit, illas accipiat pro eodem pretio, sin minus emptor illas sibi retineat. Quoniam verisimile est, eam esse praesumptam dominorum voluntatem, & quoniam quodammodo essent irrationabiliter inviri, nisi id ita vellent; atque ita respondi aliquibus Christianis captivis, qui in Africa emerunt vili pretio a Mauris aliqua de spoliis Lusitanorum, quando Rex Sebastianus occubuit. E questa può dirsi dottrina comunemente ricevuta, ed alla quale pienamente gli altri aderiscono: Coninch disput. 31. de bello dub. 7. num. 126. Reginald. tom. 2. lib. 21. cap. 8. sect. 4. num. 117. Dicastillo lib. 2. tract. 1. disput. 10. nu. 429. Tanner tom. 3. d'sput. 2. quest. 6. num. 76. & 77. Fragos. de regim. Christiana Reipub. tom. 3. part. 1. lib. 3. disput. 5. num. 16. Castro

Dummodo qui merces Christianorum de Pyratibus emerint, parati sint eas dominis restituere, recepto pretio.

Purchè i compratori delle robe tolte a Christiani, siano disposti a restituire per il detto prezzo a' Padroni.

In eandem sententiam scripserunt Auctores, qui hic allegantur.

Autori, che sono dell'istesso parere.

Ita suadente praesumpta dominorum voluntate.

Si fondano su la presunta volontà de' padroni.

Palau Oper. Moral. tom. 1. tract. 6. disput. 6. punct. 5. num. 27. Bonacina Oper. Moral. tom. 2. de restitutione in genere disput. 2. quest. ult. punct. ult. §. 3. num. 23. Diana in Edit. coord. tom. 7. tract. 7. resolut. 33. num. 8. Eorum etiam aliqui, & præcipue Molina & Castro Palau, addunt, id locum habere in sacris rebus mobilibus, puta Calicibus, aliisque sacris suppellectilibus. De his enim fortius presumptio; quod scilicet Christianidelibus, ad quos hujusmodi res ablatae pertinent, molestum non sit, aut saltem esse non debeat, illas in dominio potius aliorum Christianorum, quam Turcarum & Saracenorum existere.

§. 15. Hugo Grotius in suo Tractatu de Jure belli ac pacis lib. 2. cap. 10. §. 9. num. 1. hanc statuit regulam: Rem alienam bona fide emptam, restituendam, nec posse erogatum pretium repeti: ac immediatè sequentem addit exceptionem: Cui regulae hæc addenda mihi videtur exceptio, nisi quatenus dominus rei suæ possessionem recipere sine impedio aliquo probabiliter non potuit, ut puta, si res apud Pyratas fuerit; tunc enim deduci poterit, quantum dominus impensurus libenter fuerat. Ipsa enim facti possessio præferim recuperatu difficilis, est aliquod æstimabile; & in hoc dominus post rem amissam censetur factus locupletior. Et in lib. 3. cap. 10. §. 6. num. 1. postquam docuerat, quod qui detinet rem in bello injusto ab alio captam, eam restituere tenetur; Qui damnum ipse non dedit, sed rem bello injusto captam ab alio penes se habet, tenetur eam reddere: quia cur alter eam carere debeat, nulla causa subest naturaliter justa, non consensus ipsius, non malum meritum, non compensatio: relata paulo ante exceptionem resumit, & ita profequitur num. 2. Poterit tamen, si quid sumptus aut opera impendit is, qui rem tenet, deducere tantum, quantum domino valebat adipisci desperatam possessionem secundum ea, quæ alibi explicata sunt. Quod si rei possessor culpa exors eam consumpserit aut eliminaverit, non tenebitur, nisi in quantum censeri potest locupletior factus. Jure Civili cautum est, ut, qui alienum servum, ab hostibus prius captum emerit, illius dominium acquirat, ea tamen lege, ut eum teneatur restituere antiquo domino, si hic pretium rependat, quod emptor, quamvis mancipii conditionem non ignoraret, pro illius emptione, persolvit. Si autem hic eum alienum esse nescivit; statuitur, domino comparenti ac pretium offerenti restituendum, dummodo infra triennii spatium comparuerit; quo tempore elapso, antiquus dominus jure redimendi cadit: ut colligitur ex Lege In bello §. Si quis servum ff. de captivis & postliminio reversis, alteri conjugenda L. Ab hostibus C. eodem tit. Hæc omnia comprobant, justum omnino esse id, quod Theologi S. Officii responsis Theologorum Congregationis de Propaganda Fide addiderunt; Eademque certiore stabilioremque reddunt sententiam illorum, qui docent, pretium restituendum esse illi, qui numerata pecunia, rem ab hostibus etiam in bello injusto captam sibi acquisivit. Quamquam enim Hugo Grotius, quod pertinet ad restitutionem pretii, cum aliis præallegatis auctoribus non consentiat; quum tamen a domino tantum emptori restituendum velit, quantum ipse ad rei amissam possessionem recuperandam æquo animo impendisset; si hujus æstimatio summæ a Forensi Calculatore rectè inest, magnum profectò erit, nisi ad eam pecuniæ quantitatem pertingat, quam emptor pro rei acquisitione persolvit.

§. 16. Quæ hæcenus exposuimus, in rebus mobilibus tantummodo locum habent; ideoque tota disputationis difficultas nunc ad redacta

Castro Palau Oper. Moral. tom. 1. tract. 6. disput. 6. punct. 5. num. 27. Bonacina Oper. Moral. tom. 2. de restitutione in genere disput. 2. quest. ult. punct. ult. §. 3. num. 23. Diana in Edit. coord. tom. 7. tract. 7. resolut. 33. num. 8. Ed alcuni di essi, e particolarmente il Molina, ed il Castro Palau aggiungono, aver ciò luogo anche ne' mobili sacri, come sono i Calici, e le sacre suppellettili: dovendo in ordine a queste cose esser più forte la presunzione poc' anzi accennata, cioè non essere, o non dover almeno essere malcontenti i Cristiani, a' quali le sacre cose derobbate appartengono, ch'esse siano nelle mani d'altri Cristiani, piuttosto che in quelle de' Turchi, e de' Saraceni.

§. 15. Ugone Grozio nel suo Trattato de Jure belli ac pacis al lib. 2. cap. 10. §. 9. num. 1. stabilisce la regola seguente. Rem alienam bona fide emptam, restituendam, nec posse erogatum pretium repeti: ed immediatamente stabilisce la seguente limitazione: Cui regulae hæc addenda mihi videtur exceptio, nisi quatenus dominus rei suæ possessionem recipere sine impedio aliquo probabiliter non potuit, ut puta, si res apud Pyratas fuerit; tunc enim deduci poterit, quantum dominus impensurus libenter fuerat. Ipsa enim facti possessio præferim recuperatu difficilis, est aliquod æstimabile; & in hoc dominus post rem amissam censetur factus locupletior. E nel lib. 3. al cap. 10. §. 6. num. 1. dopo aver insegnato, che chi ritiene la roba presa da un altro in guerra ingiusta, è obbligato a restituirla: Qui damnum ipse non dedit, sed rem bello injusto captam ab alio penes se habet, tenetur eam reddere, quia cur alter eam carere debeat, nulla causa subest naturaliter justa, non consensus ipsius, non malum meritum, non compensatio: ripiglia l'eccezione già poc' anzi riferita, e così profieque al num. 2. Poterit tamen, si quid sumptus aut opera impendit is, qui rem tenet, deducere tantum, quantum domino valebat adipisci desperatam possessionem, secundum ea, quæ alibi explicata sunt. Quod si rei possessor culpa exors eam consumpserit aut eliminaverit, non tenebitur, nisi in quantum censeri potest locupletior factus. Nel diritto Civile è deciso il caso di chi compra il servo d'un altro, fatto schiavo dagli inimici, dicendosi, che ne acquista il dominio, coll'obbligo però di doverlo restituire all'antico padrone, ancorchè lo avesse comprato, sapendo ch'era di lui servo, purchè il padrone offra il rimborso del prezzo: che se poi comprandolo, avesse ignorato esser servo d'altri, si determina, che, comparando il padrone, ed offerendo il prezzo, gli venga restituito il servo, purchè la comparata segua dentro tre anni, trascorsi i quali, cade l'antico padrone dal jus di ripeterlo: come si deduce dalla L. In bello §. Si quis servum ff. de captivis & postliminio reversis, unendola coll'altra L. Ab hostibus C. eod. tit. Cose tutte che comprovano la giustizia dell'aggiunta fatta dai Teologi del Sant'Offizio alle risposte date dai Teologi di Propaganda, e rendono sempre più fondata l'asserzione di tutti quelli, che insegnano, doverli restituire il prezzo a chi col suo denaro ha comprata la roba, che era in mano degli inimici, anche in caso di guerra ingiusta. Perchè sebene Ugone Grozio non concordi nel punto della restituzione del prezzo; volendo però, che si bonifichi al compratore dal padrone, quanto esso avrebbe di buona voglia speso per ricuperare il possesso della roba perduta, questa partita ben maneggiata da un Compurista Curiale, arriverà per lo meno all'importanza del prezzo sborsato da chi ha comprata la roba.

§. 16. Quanto sin ora è stato detto, ha luogo ne' mobili: e perciò la difficoltà ora si riduce a vedere, se, quanto si è detto de'

est, Z 4 mobili,

Grotii doctrina eodem recidit.

De alieno servo ab hostibus capto, & vendito, quid cautum jure civili.

Tanti fere interet rem amissam recuperare, quanti a prædatione vendita est.

An eadem circa immobilia procedant, in quaestione revoctur.

L'istessa conclusione può ricavarsi da quanto scrive Ugone Grozio.

Disposizione delle Leggi civili quanto agli schiavi presi dagli inimici, e poi venduti.

Il ricuperare le robe perdute facilmente costerebbe tanto, quanto il compratore le ha pagate al nemico.

La questione è, se le premesse dottrine possano applicarsi a beni stabili.

est, ut videatur, an hæc eadem, quæ de mobilibus dicta sunt, immobilibus etiam rebus aptari possint; quandoquidem dubia, quæ nunc examinantur, quæque præsentis disquisitioni occasionem præbuerunt, mobilia bona non respiciunt, sed immobilia. Porro si aliqua differentia inter mobilia & immobilia intercederet, & ratio, quæ pro illis valida reputatur, pro his æquè afferri non posset; vel si aliqua adesset legum dispositio, quæ rerum immobilium dominis magis faveret; faciliè quiscquam affirmare posset, quòd, licet is, qui a Turcis res mobiles in bello captas mercatus fuerit, eas tuta conscientia detinere queat, modò animus ipsi sit ad restitutionem paratus, quotiescumque dominus comparuerit, & pecuniæ impensæ solutionem obtulerit; non idem tamen iudicium de emptore immobilium ferre liceret.

Decreta superius allegata de mobilibus tantum agunt.

Rationes ex quibus domini voluntas de mobilibus præsumitur, ad immobilia extendi non possunt.

Bona immobilia postliminio recuperantur, non verò mobilia.

Unde videtur, immobilia a non iustis hostibus vendita, aut derelicta, tuto retineri non posse.

§. 17. Diximus autem, ea, quæ superius exposita sunt, locum sibi vindicare in solis mobilibus: Decreta enim anno 1630. edita, de mobilibus loquuntur; ac de mobilibus item differunt supra recensiti Auctores. Innumus etiam dubitari posse, an aliqua differentia juris interfit inter mobilia & immobilia bona: atque hujus differentia ratio a Nobis nunc exponenda est. Fundamentum, quo innititur ea sententia, quòd Christianifideles tuta conscientia retinere possint bona mobilia, quæ a Turcis emerunt, a Turcis autem in bello iniuste aliis Christianis hominibus ablata fuerant, in præsumpta dominorum voluntate positum est, quæ scilicet aut consentit, aut non dissentit omnino, ut prædicta eorum bona mobilia ab aliis Christianifidelibus acquirantur. Etenim ex mobilibus nullus fructus percipitur; domini autem libentiore animo, aut minore certe molestia ferre debent, quòd illa in Christianorum potestatem deveniant, potius quam in dominio Turcarum remaneant, a quibus faciliùs disperderentur; ut rectè ponderat Molina loco laudato, atque etiam prosequitur Verjuy in suo Pastoralis Missionariorum tractat. 4. art. 13. de Hereticis §. Probatum etiam ratione. Quoniam verò hæc ratio a præsumpta dominorum voluntate desumpta, ad immobilia, quæ Christianifideles emunt, extendi nequit, tum quia domini fructus amittunt, tum quia hujusmodi bonorum dispersionis timor non adest; hinc oritur indicata juris differentia, quæ inter mobilium ac immobilium acquisitionem intercedit. Denique paulò ante significavimus, aliquid forsitan reperiri posse legibus præscriptum, quòd immobilibus, non item mobilibus faveat. Sane in L. Si quis bello ff. de re militari sequentia verba legere est: Si quid in bello captum est, in præda est, non postliminio redit: quibus verbis mobilia significantur, ut animadvertit Glossa. At verò in L. Si captivus, eod. tit. leguntur hæc alia: Expulsis hostibus ex agris, quos ceperant, constitit, dominia eorum agrorum ad priores dominos redire, nec aut publicari, aut præda loco cedere: quæ Doctoribus argumentum præbent asserendi, majori privilegio in bellis gaudere immobilia, quàm mobilia bona. Hæc enim postquam in militum manus devenerunt, licet deinde pax conficiatur, non ampliùs restituantur; illa verò antiquis dominis, pace inita, illico redduntur: ut rectè animadvertunt Molina loco citato §. 5. Covarruvias part. 2. Relect. Regul. Possessor male fidei §. 11. num. 7. Diana in Edit. coord. tom. 7. tract. 7. resolut. 33. num. 3. Castro Palao tom. 1. tract. 6. disput. 5. punct. 4. num. 24. Quibus sic stantibus, conclusum superius a Nobis est, faciliè quempiam propugnare posse, ex rationibus adductis concedi quidem Christianifidelibus, ut mobilia de Turcis emptà, licet ab his in bello iniusto

mobili, abbia luogo anche negli stabili, giacchè il punto, che ora si esamina, e che dà occasione alla presente indagine, non risguarda i mobili, ma gli stabili. E quando mai vi fosse qualche differenza fra i mobili e gli stabili, e qualche ragione militasse per gli primi, che non potesse adattarsi ai secondi; o pure vi fosse qualche disposizione delle Leggi favorevole agli stabili: ciascheduno facilmente potrebbe sostenere, che se i mobili comprati dai Turchi, che in guerra ingiusta se n'erano fatti padroni, possono esser ritenuti in buona coscienza dal compratore, purchè comprandoli, abbia l'animo preparato a restituirli, quando il padrone comparisca, ed offra al compratore di pagare il prezzo, che ha sborsato; non potrebbe questo sistema abbracciarsi in ordine al compratore degli stabili.

§. 17. Poc' anzi si è accennato, che quanto è stato detto, ha luogo ne' mobili; e ciò, perchè i Decreti del 1630. parlano de' mobili, e de' mobili pure discorrono gli Autori citati di sopra. Poc' anzi si è dato contraffegno di potersi dubitare esservi differenza di ragione fra i mobili e gli stabili, e questa differenza è appunto quella, che ora siamo per esporre. Il fondamento, a cui si appoggia l'opinione, che possono i Cristiani in coscienza ritenere i mobili comprati dai Turchi, o presi da' Turchi agli altri Cristiani in guerra ingiusta, consiste nella presunta volontà de' padroni de' mobili, o favorevole, o non in tutto e per tutto differente dall'acquisto, che gli altri Cristiani fanno dei loro predetti mobili; non ricavandosi verun frutto dai mobili, e dovendo avere i padroni d' essi maggior soddisfazione, o minor disgusto, che passino nelle mani de' Cristiani, anzi che restare in quelle de' Turchi, nelle quali più facilmente si disperderebbero; come considera il Molina nel luogo citato, ed anche prosegue il Verjuy nel suo Pastorale Missionariorum tract. 4. art. 13. de Hereticis §. Probatum etiam ratione; e non potendo questo discorso della presunta volontà de' padroni aver luogo negli stabili, che si comprano da' Cristiani, si perchè i padroni restano privi de' frutti, si perchè non vi è pericolo della dispersione de' beni; da ciò deriva l'accennata differenza di ragione, che corre fra l'acquisto de' mobili, e l'acquisto degli stabili. Poc' anzi pure si è accennato, potersi essere qualche disposizione delle Leggi favorevole agli stabili, e non ai mobili: essendo registrate nella L. Si quis bello, ff. de re militari, le seguenti parole: Si quid in bello captum est, in præda est, non postliminio redit: parole che accennano i mobili, come ivi avverte la Chiesa: e leggendosi nella L. Si captivus, nello stesso titolo, queste altre parole: Expulsis hostibus ex agris, quos ceperant, constitit, dominia eorum agrorum ad priores dominos redire, nec aut publicari, aut præda loco cedere: parole, che danno fondamento ai Dottori d' asserire, esser nelle guerre più privilegiati gli stabili dei mobili; non facendosi di questi la restituzione, dopo che sono passati nelle mani de' soldati, ancorchè si faccia la pace; e restituendosi quelli, fatta la pace, a dirittura ai loro antichi padroni: come ben riflettono il Molina nel luogo citato al §. 5. il Covarruvias nella 2. part. Relect. Regul. Possessor male fidei §. 11. num. 7. il Diana in Edit. coord. tom. 7. tract. 7. resolut. 33. num. 3. il Castro Palao tom. 1. tract. 6. disput. 5. punct. 4. num. 24. Finalmente di sopra fu accennato, potersi in vigore dell' esposte ragioni sostenere, che i mobili, che i Cristiani comprano dai Turchi, benchè da essi occupati in guerra ingiusta, si possono in buona coscienza ritenere, ma col' animo preparato

Gli allegati Decreti riguardano soltanto i mobili.

Le ragioni addotte per la presunta volontà de' padroni, non camminano quando si tratta di stabili.

Il jus postliminii, che non vale per le cose mobili, si offeriva pienamente per gli stabili.

Quindi pare, che gli stabili occupati in guerra ingiusta, non possano mai sicuramente ritene-

occupata fuerint, tuta conscientia detineant, dummodo ea restituere domino parati sint, qui pretio oblatum redimere illa velit; at id de emptore immobilium non aequè affirmari posse. Id autem nunc, Auctorum scita atque rationes ad trutinam revocando, demonstrandum aggredimur.

Nec fundum retineri, nec fructus iure percipi scripsit Lessius.

S. 18. Pater Leonardus Lessius obiit, antequam Decreta anni 1630. emanarent, scilicet anno 1623. In eius Opere Theologico in S. Thomam, exhibentur resolutiones nonnullorum conscientia casuum; in quorum sexto, verbo *Beneficium*, sequentem sibi proponit quaestionem, ordine secundam: *An Catholicis emere possint ab Hæreticis bona Ecclesiastica?* atque ita respondet: *Non licet Catholicis emere bona Ecclesiarum vel Monasteriorum ab Hæreticis occupata, & confiscata, nisi cum animo restituendi ea suo tempore legitimis dominis, cum omnibus emolumentis & fructibus, qui inde obveniant: quia bona illa in specie sunt aliena, similiter fructus illorum; Ex quibus sequitur, ut inferius ostendemus, emptorem ab Ecclesiis & Monasteriis nunquam repetere posse pretium bonorum huiusmodi a se perfolutum. Quum autem obiciendum sibi prævideret, quod bona illa, nisi emissent Catholicis, remansissent penes hæreticos, qui perciperent ex eis fructum; respondet id minime ad rem facere, quandoquidem hæretici quoque ad restitutionem obligarentur. Denique id Catholicis consilium præbet, ut cum bonorum dominis agentes, cum iis pacifcantur, ac novos contractus ineant, quorum præsidio bonorum possessionem tuta conscientia retinere valeant.*

Alii perceptionem fructuum detentori permittant, donec dominus fundum recuperare possit.

S. 19. Post Decreta anni 1630. scripserunt sequentes Auctores, de illis expressam facientes mentionem. Verjus loco citato a Lessii opinione recedit in eo, quod respicit restitutionem fructuum, sed cum eo sentit, quod ad fundi restitutionem pertinet, etiam si dominus emptori solum pretium non rependat; Rationem autem sic opinandi in præsupposita bona fide collocat, quæ si verè adsit, possessorem a fructuum quidem, minime vero a fundi restitutione eximere potest. *Possit Catholicos bona fide possidentes Monasteria, domos, Tempia, vel similia bona immobilia, illa tanisper sibi pacificè retinere, quamdiù a propriis dominis occupari non possunt; nec interea obligantur ad interesse, aut quidquam solvendum pro fructibus.* Ardekinus in sua Theologia tripartita tom. 2. part. 2. tract. 6. quest. 10. querit, an Catholicis possint emere bona aliorum Catholicorum, injusto bello ab Hæreticis occupata; ac respondet, id fieri posse, I. si minorum voluntas in eo consentiat; II. si Pontifex assensum præbeat, ad quod adstruendum assert citata Decreta anno 1630. edita. III. si conventionibus inter Catholicos & Hæreticos Principes initis cautum sit, ut Hæretici Catholicorum bona retinere possint, ac liberè de illis disponere: quæ omnia extra casum præsentis quaestionis versantur. Ibi autem religiosus Auctor procul dubio loquitur de bonis immobilibus; inter ceteras enim sententiæ suæ rationes, utilitatem perpendit & commodum Catholicæ Fidei, cui magis prodesse asserit, quod bona penes Orthodoxos, quam in Hæreticorum manibus existant: *& sanè plures ob causas, multo conducibilis videtur, bona illa tali emptione in manus Catholicorum devolvi, qui tanto potentius possunt negotium Fidei protegere ac propagare, quam si ea penes hæreticos perpetuo remanerent; quæ quidem ratiocinatio immobilium conventit, non item mobilibus. Verum rationes illa ab Auctore indicata, & a Nobis paulo ante relatæ, nullius aut levis admodum roboris sunt. Etenim dum bona immobilia ad*

Alii de voluntate minorum & Summi Pontificis, ac de quarundam conventionum vigore, plus æquo præsumunt.

di restituiri al padrone, che offerendo il prezzo, gli vuol ricuperare; ma che ciò non può aver luogo nel compratore degli stabili: il che è quello, che siamo in procinto di comprovare, esaminando le asserzioni degli Autori.

S. 18. Il Padre Leonardo Lessio morì prima che uscissero i citati Decreti del 1630., essendo esso morto nel 1623. Nella sua Teologia sopra San Tommaso sono registrate le risoluzioni d'alcuni casi di coscienza; nel sesto de' quali, alla parola *Beneficium*, si propone la seguente quaestione seconda: *An Catholicis emere possint ab hæreticis bona Ecclesiastica?* e la risposta è la seguente: *Non licet Catholicis emere bona Ecclesiarum vel Monasteriorum ab hæreticis occupata & confiscata, nisi cum animo restituendi ea suo tempore legitimis dominis, cum omnibus emolumentis & fructibus, qui inde obveniant: quia bona illa in specie sunt aliena, similiter fructus illorum:* Dal che deriva, come abbasso vedrassi, non poter mai aver luogo la pretensione di riavere dalle Chiese, e da' Monasterj il prezzo de' beni sborsato da chi ne fece l'acquisto: e prevedendo l'opposizione, che se i Cristiani non avessero comprati i beni, sarebbero restati nelle mani degli eretici, che ne avrebbero percepiti i frutti; risponde, che ciò non giova all'intento, per la ragione che anche gli eretici ad restitutionem obligarentur. E finalmente consiglia i Cattolici a trattare coi padroni de' beni, e convenire con essi, facendo un nuovo contratto, se vogliono in coscienza proseguire nella ritenzione de' beni.

nerfi, benchè dall'occupante venduti, o lasciati in abbandono.

Sentenza del Lessio, che non sia lecito, nè ritenere il capitale, nè prenderne i frutti.

S. 19. Hanno scritto dopo i Decreti del 1630. i seguenti Autori, facendo d'essi espressa menzione. Il Verjus nel luogo citato si scosta dall'asserzione del Lessio in ciò, che riguarda la restituzione de' frutti, ma non in ciò, che appartiene al dover restituire lo stabile comprato, ancorchè il compratore non riceva dal padrone quanto ha pagato nell'acquistarlo: appoggiandosi alla supposta buona fede, che anche verificata, salva dalla restituzione de' frutti, ma non da quella del capitale: *Possit Catholicos bona fide possidentes Monasteria, domos, templa, vel similia bona immobilia, illa tanisper sibi pacificè retinere, quamdiù a propriis dominis occupari possunt; nec interea obligantur ad interesse, aut quidquam solvendum pro fructibus.* L'Ardekin nella sua Teologia tripartita tom. 2. part. 2. tract. 6. quest. 10. cerca, *An Catholicis possint emere bona aliorum Catholicorum injusto bello ab hæreticis occupata?* e risponde, che ciò può farsi, I. se vi è la volontà de' padroni; II. se il Papa in ciò consente, al qual proposito porta i citati Decreti del 1630. III. se vi sono convenzioni fra i Principi Cattolici ed Eretici, che possano gli Eretici ritenere i beni de' Cattolici, e disporre d'essi: cose tutte non applicabili al caso, che è in questione. Parla senza dubbio questo degno Religioso de' beni stabili, portando fra gli altri fondamenti della sua asserzione l'utilità ed il vantaggio della Fede Cattolica, a cui dice esser di maggior giovamento, che i beni stiano nelle mani de' Cattolici, che in quelle degli Eretici; *& sanè plures ob causas, multo conducibilis videtur, bona illa tali emptione in manus Catholicorum devolvi, qui tanto potentius possunt negotium Fidei protegere, ac propagare, quam si ea penes hæreticos perpetuo remanerent; qual discorso è adattabile agli stabili, e non ai mobili. Ma i motivi poc' anzi dallo stesso Autore additati, e da Noi riferiti, non hanno veruna, o se l'hanno, hanno una assai debole forza; non essendovi nella compra de' stabili, che fanno i Cattolici dagli Eretici, e che*

Altri ammettono, che sia lecito godere i frutti del fondo, finchè il padrone di questo non sia in grado di tornare al possesso.

Altri valutano più del dovere la volontà de' padroni, il consenso del Papa, le convenzioni tra Principi.

Catholicos olim pertinentia, illisque in bello injusto ablata, Orthodoxi de Hereticis emunt, praesumpta dominorum voluntas adesse non potest, ut supra dictum est; Decreta verò anno 1630. edita, quae de mobilibus loquuntur, ad immobilia trahi nequeunt; Denique conventiones & concordata inter Catholicos Principes laicos & Heterodoxos inita super possessione ac detentione bonorum Ecclesiasticorum, ab Apostolica Sede improbantur; ut prolixè probat P. Schmalzgrueber *consiliorum tom. 2. consilio 15. quest. 1.* & haec sunt conventiones, ad quas alludit citatus Auctor. De hac materia loquitur etiam La Croix Presbyter Societatis *JESU in sua Theologia Morali tom. 1. lib. 3. part. 2. num. 972.*, ac Decreta anni 1630. se probè nosse indicat: at quum nil aliud ipse faciat, quam ea referre, quae supra laudatis Auctoribus dicta fuerunt, in neutram partem allegari aut proferri potest.

P. a Breno de tota re praclare disputat.

§. 20. Pater Carolus Franciscus a Breno Ord. Min. Strictioris Observantiae, in suo *Manuali Missionariorum Orientalium tom. 2. lib. 1. cap. 3. quest. 21.* hanc proponit questionem: *An bona Ecclesiastica ab Infidelibus redempta, restitui necessario debeant, vel saltem transactio adhiberi:* ac respondet, restituenda esse; tum quia Christianus, sciens bona illa Ecclesiae esse, alienam rem mala fide possideret; tum quia non potuit Infidelis raptor in emptorem Christianum transferre jus majus illo, quod ipsemet in bona divendita habebat: Ideoque, si venditor, propter rapinam vitium, nullum omnino jus habuit in rem violenter ablatam, occupatam, & postea divenditam; nil pariter juris in eandem acquisivisse dicendus est, qui eam mercatus fuit: Tum denique, quia regula generalis est, quod etiam ille, qui furti ignarus, a fure aliquid emit, in foro conscientiae ad restitutionem tenetur, simul ac verus legitimusque dominus occurrit. Invehit deinde in eos, qui quum ab Infidelibus aliquid ad Ecclesiam pertinens mercati sint, debiti sui partes implere se putant, si Parochos, ad quorum Ecclesias res emptae pertinent, ad convivia & cenas invitent. Non omittit Pater a Breno saepe memorata Decreta anno 1630. condita commemorare; sed ea pertinere censet tantummodo ad bona mobilia a piratis capta, ac inde Christianis divendita, quorum verus dominus sperari nequit ut ad ea redimenda compareat. Denique sibi objicit, quod qui numerata pecunia ab Infidelibus emit Ecclesiae bona, rem eidem Ecclesiae utilem gesserit; ideoque non solum nullum exinde damnum pati, verum etiam aliquam, si fieri potest, utilitatem percipere debeat: Huc autem argumento respondet, emptores, qui rem ab Infidelibus redemerint, id emolumentum ex emptione capere, ut ab Ecclesia pretium repetant, aut ad aliquam cum ipsa compositionem deveniant: *Ementes bona Ecclesiae ab usurpatoribus Infidelibus, restituere quidem tenentur, quum sua bona illa non sint, sed accepto pretio, vel alia compositione cum Praelatis habitâ.* Verum quum Auctor ad aliam ex prima consequentem questionem gradum faciat, videlicet utrum emptor restituere bona teneatur, etiam si Praesul nec pretium reddere, nec compositionem ullam facere velit, & hujusmodi quaestioni affirmative respondeat; videtur profecto id, quod antea affirmaverat, evertere, & non coherentè ratiocinari: *Si vero Praelatus quidquam ipsis redimentibus restituere nollet, aut transactionem, vel compositionem ullam facere, adhuc emptores, seu redimentes illi restituere omnino tenerentur, quum bona illa re ipsa sint Ecclesiae, ac infortunio suo tribuere, quod emerint rem alienam, eo modo, quo discurrimus*

Sed quae prius recte constituerat, deinde evertit.

prima ad alii Catholicos appartenevano, e che furono loro levati in guerra ingiusta, la prefata volontà de' padroni, come di sopra si è detto; non applicandosi agli stabili i Decreti del 1630., che parlano de' mobili; ed essendo riprovate dalla Santa Sede le convenzioni, ed i concordati fatti fra le Podestà laicali ortodosse, ed eterodosse, in ordine al possesso, e detenzione de' beni Ecclesiastici, come diffusamente comprova il Padre Schmalzgrueber nel tom. 2. de' suoi consigli, consiglio 15. questio 1., alle quali convenzioni il citato Autore allude. La Croix Religioso della Compagnia di Gesù nella sua *Theologia Morale al tom. 1. lib. 3. part. 2. num. 972.* parla della materia; si mostra ben inteso dei Decreti del 1630.; ma null'altro facendo, che riferire quanto i sopraccitati Autori hanno detto, non può nominarli ed allegarli o per l'una, o per l'altra parte.

§. 20. Il Padre Carlo Francesco a Breno dell'Ordine de' Minori della più stretta Osservanza, nel suo *Manuale Missionariorum Orientalium tom. 2. lib. 1. cap. 3. quest. 21.* propone la questione: *An bona Ecclesiastica ab Infidelibus redempta, restitui necessario debeant, vel saltem transactio adhiberi;* e risponde, che devono restituirsì; sì perchè sapendo il Cristiano, che que' beni sono veramente della Chiesa, riterebbe la roba altrui con mala fede; sì perchè non avendo potuto l'infedele usurpatore trasferire nel Cristiano, che da lui ha comprato i beni, maggior jus di quello, ch'esso stesso aveva, se il venditore, avegnachè usurpatore, non aveva verun minimo jus sopra la roba rapita, occupata, e venduta, negli stessi piedi per appunto si trova chi l'ha comprata; e finalmente perchè è regola generale, che anche chi compra da un ladro qualche cosa, senza sapere che sia furtiva, è obbligato in coscienza a restituirla, subdito che comparisce il vero e legittimo padrone. Sgrida di poi l'autore contro coloro, che avendo comprata dagli Infedeli qualche cosa appartenente alla Chiesa, si lusingano di soddisfare al proprio dovere, invitando ai conviti, ed alle cene i Parochi, alle Chiese de' quali appartengono le robe comprate. Non trascura il Padre a Breno i più volte nominati Decreti del 1630. ma li restringe ai mobili presi dai pirati, e poscia venduti ai Cristiani, non essendovi speranza, che possano comparire i veri padroni per recuperarli. Finalmente si fa l'opposizione; che chi col prezzo alla mano ha comprato dagli Infedeli i beni della Chiesa, ha fatto ad essa una cosa utile, e che non deve ricever danno, ma, se è possibile, qualche comodo da questa sua azione: ed a questo argomento risponde, ricevere i compratori vantaggio dalla compra, che hanno fatto ricuperando la roba dalle mani degli infedeli; riponendo il vantaggio nel prezzo, che devono ricuperare dalla Chiesa, o facendo con essa qualche composizione: *ementes bona Ecclesiae ab usurpatoribus infidelibus, restituere quidem tenentur, cum sua bona illa non sint, sed accepto pretio, vel alia compositione cum Praelatis habitâ.* Ma passando poi l'Autore ad una questione subalterna, se sia obbligato il compratore a restituire i beni, quando il Prelato non vuole restituire il prezzo, o non vuole venire a veruna composizione, e rispondendo di sì, ci sembra, che distrugga il già detto da esso stesso, e che non discorra coerentemente: *Si vero Praelatus quidquam ipsis redimentibus restituere nollet, aut transactionem, vel compositionem ullam facere, adhuc emptores, seu redimentes illi restituere omnino tenerentur, cum bona illa re ipsa sint Ecclesiae, ac infortunio suo tribuere, quod emerint*

Il P. a Breno no discorre molto bene sopra questa materia.

Ma in fine distrugge quanto aveva rettamente stabilito.

de ementibus a fure, quotiescumque ab ipso repetere pretium minime possint.

Illius ratiocinationis vitium detegitur.

Dominium mobilium in emptorem transferri censetur ex peculiari ratione, quae immobilibus non aptatur.

Concluditur immobilia sine repetitione pretii restituenda esse, cum omnibus fructibus.

§. 21. Quibus sanè diximus Auctorem evertere id quod antea affirmaverat. Superius namque voluerat, emptorem a vero domino pretium recuperare: Nunc autem ipfius domini arbitrio permittens huiusmodi pretium reddere, aut non reddere, vult porro, rem ab emptore, etiam sine pretii recuperatione, restitui. Diximus etiam, eundem non coherentem ratiocinari. Quum enim statuerit, immobilium dominium penes antiquum dominum semper remanere, nec unquam ad emptorem transiisse; ex hoc satis aperte consequitur, non quidem rei pretium solvendum esse a legitimo domino, qui eam recuperare intendit; sed potius rem ipsam, sine ulla solutione, aut pretii restitutione, ab eo recuperandam esse; aliter enim rem suam emere cogetur. Quod si aliquis responderet, id ab aequitate & iustitia alienum non esse, quoniam iuxta Decreta anni 1630. idem omnino contingit in mobilibus, quae sine solutione pretii a domino recuperari non possunt; respondetur, dominium mobilium, quamvis resolubile, in emptorem transferri, qui deinde illa domino pretium offerenti restituere tenetur; id autem minime accideret emptori immobilium, quorum dominium remanet semper apud legitimum dominum. Rerum porro dominium a priore domino ad alterum non transfertur, nisi id aut lex iubeat, aut hominis voluntas praescribat. Emptores autem tam rerum mobilium, quam immobilium, pro eo quod ad legem attinet, aequali prorsus jure censentur. Nulla enim lege praescriptum est, ut dominium rerum five mobilium, five immobilium, a vero domino ad illum, qui eas ab invasoribus, ac raptoribus mercatus fuerit, transferatur. Sed differentia, quae inter mobilium, ac immobilium emptorem intercedit, ab hominis voluntate oritur; quia nimirum domini voluntas, ut supra dictum est, illi, non autem isti, favore praesumitur.

§. 22. Itaque Decretis anni 1630. nullo modo contraire nobis videtur, si asseramus, satis fundatam esse opinionem illam, quae immobilium domino jus tribuit, ut sine ulla pretii restitutione recuperare valeat bona sua, cum omnibus fructibus inde perceptis, ab illo, qui numeratam pecunià ea ipsa ab invasoribus emit. Id enim exigit natura belli injusti, in quo huiusmodi bona occupata fuerunt: Id expetit eorum Auctorum sententia, qui optima ratione docent, eum, qui furtivam rem se emere dubitat, aut suspicatur, non posse deinde a domino repetere pretium, quod furi numeravit: *Emptor male fidei si sibi emit rem, quam vel sciebat, vel dubitabat, seu suspicabatur esse furtivam, non potest a domino illius rei repetere pretium, quod numeravit furi venditori, quoniam talis repetitionis nullum habet iustum titulum*: verba sunt Sylvii in 2. 2. S. Thome quest. 62. quest. 6. art. 6. conclus. 3. pag. 361. ultimae editionis Antwerpiae: Id exigit opinio communis eorum, qui docent, etiam illum, qui rem furto sublatam, bona fide, vel ab ipso fure, vel ab alio, mercatus fuit, teneri eandem domino reddere, nec solum pretium ab eo repetere posse; ut videre est apud Sanchez in Summa lib. 2. cap. 23. num. 2. & apud Bonacinam tom. 2. de restitutione in genere, disput. 1. quest. 2. punct. 1. proposit. 1. num. 4. Id ipsum deducitur ex regula, quam sequuntur majora Tribunalia; quorum videlicet auctoritate decernitur, bona immobilia Ecclesiarum ab Haereticis occupata, statim ac ab ipsorum manibus elapsa fuerint, ipso jure redire ad Ecclesias, ad quas pertine-

rem alienam, eo modo quo discurremus de ementibus a fure, quotiescumque ab ipso repetere pretium minime possint.

